Terzo, doveano ricevere la pronominata obbligazione col giuramento a tenore della Bolla pontificia concessa a detti Padri Commissarii ottenuta, nella quale gli si da la facoltà di ricevere giovani per tale effetto; mancò il detto giuramento quando l'Oratore fece la predetta obbligazione, e solamente costa nella sua professione li tre voti, che fa qualsivoglia altro religioso, e con quello dell'obbedienza non possono forzarlo a andare alle Filippine.

Dichiara ancora aver fatto un contratto con li medesimi Padri Commissarii che lo dovevano spesare in tutto preso che avesse il santo avito; ciò non hanno adempito, mentre avendo l'Oratore fatto ricorso nelle sue necessità, non gli han somministrato niente, sicchè è stato costretto a spendere del suo proprio.

Propone ancora essere impossibilitato a vivere con pace in detta Provincia, attesa la lunga lite avuta con li mentovati Commissarii, per non andare in detta Provincia, dove non sarebbe benvisto, e principalmente per avergli un suo compagno scoperto un difetto segreto, tanto più che li Padri medesimi lo hanno rinfacciato più volte di detto difetto, il che sarà impossibilitato a soffrire tanti pesi che porta con se l'esercizio che tengano in quelle parti li religiosi, e così il volerlo forzosamente portare sarà occasione di peccare frequentemente, e non si ricaverà profitto alcuno nello spirituale e temporale per quelle anime e dell'Ordine.

Espone ancora l'incomodo che porta nella salute, quando si ritrova costretto a viaggiare per mare, e volerlo obbligare rigorosamente a detta impresa, ciò non fa nessuna altra Religione.

Il medesimo Oratore tiene già un filo nelle dette Isole Filippine, e maggiormente che tiene li genitori avanzati in età e senza sovvenimento alcuno.

Per tanto e perchè altrimenti sarà perderlo nello spirituale e temporale, se non viene liberato di passare a detta Provincia, umilmente supplica a EE. VV. si degnino dispensarlo e concedergli l'opportuna licenza, acciochè li detti Padri Commissarii in tempo nessuno possano obbligarlo ad andare alle dette Isole Filippine. Che della grazia &. Quam Deus &.

*Decreto de la Congregación de Obispos y Regulares*

Procuratori Generali pro informatione et voto.

*Informatio*: Eminentissimi ac Reverendissimi Domini:

Rationes quibus Orator a debito eundi ad Insulas Philippinas in solemni professione contracto absolvi petit, ecogiatae [excogitatae] mihi videntur ad obedientiae iugum excutiendum; namque illarum missionum Commissarius Matriti degens nequit eum, nisi ad illam Provinciam, ad quam pertinet, mittere. In Seminario Vallisoleti pro dictis missionibus erecto collocari petiit a Patre Generali, qui cum illuc quempiam mittere non sit solitus, litteris eum maxime praefato Commissario commendavit; cujus tamen conspectum conscientiae stimulis perculsus refugit, cum, ultra iteratas apostasias, alia delicta cum scandalo eum commisisse constet. Censeo proinde ejusdem precibus non esse annuendum, imo cogendum esse ad obedientiam, quam suis Superioribus praestare tenetur. Nisi aliter &.

AGOR, Bb 89, pp. 43-45.

10

Romae, 10 Martii 1751

$. 6. Ad preces Patris Gabrielis Santos Sacra Congregatio sub die 5 martii 1751 rescripsit: Orator pareat, alias Religio utatur jure suo.

AGOR, Bb 89, p. 48.

11

Romae, 28 Aprilis 1751.

$ 2. Supplicatio exhibita Sanctissimo Domino Nostro a Fratre Gabriele Santos.

Beatissimo Padre:

Fra Gabrielle Santos, sacerdote e religioso professo dell'Ordine di S. Agostino calzato, presente in Curia, Oratore umilimo della S. V. umilmente rappresenta che, avendo contratto obbligo colli Commissarii delle Filippine

di passare alla conquista di quelle Isole et avendo cause e motivi irritanti che annullano detto obbligo, e volendoli esporre al suo Generale, essendo a tale efetto due volte venuto in Roma e non volendoli sentire, et accortosi che l'Oratore per detta Causa voleva far ricorso alla Sacra Congregazione de' Vescovi e Regolari per fare costare la sua giustizia, li fù subito intimato da parte di detto Generale di escire fuori di Roma in termine di un sol giorno, e che andasse in Spagna all'arbitrio di detti Commissarii, in caso contrario sarebbe carcerato. Per il che convenne uscire dal proprio convento appogiandosi a persona ben affetta in Curia e paesano, di dove stimo bene rappresentare il tutto alla Santità Vostra, perchè si fosse degnata col paterno zelo sollevare un'anima ridotta poco meno che alli limiti della disperazione, dalla indiscretezza de' suoi Superiori, li quali ciò non ostante anno usato ogni mezzo per impedire che fossero esaudite le sue giuste suppliche col mezzo del Sostituto Generale dell'Ordine in virtù d'un'informazione non meno insussistente che calunniosa dal medesimo fatta alla Congregazione de' Vescovi e Regolari, a cui la Santità Vostra si degnò commettere la cognizione della causa senza avere fatto consapevole detto Sostituto Generale all'Assistente Generale di Spagna *juxta solitum*, a cui spetta essere pienamente consapevole delle sudette ingiuste vessazioni, che n'emanò il Rescritto "Pareat Superioribus, sin minus Religio utatur jure suo". In tal stato di cose trovandosi l'Oratore in angustie maggiori, ardisce colla presente nova istanza supplicare la Santità Vostra a volersi degnare agraziarlo di potere passare a qualunque altra Religione o Provincia della sua propria Religione, o pure rimetterlo per detto transito alla Penitenzeria con tutte le facoltà necessarie ed opportune *quibuscumque in contrarium non obstantibus*, giacchè se ora tornasse alla sua Provincia, sarebbe maggiormente tiranneggiato e per conseguenza in stato più prossimo di perdizione. Che &.

Rescriptum Sanctissimi = A Monsignore Segretario de' Vescovi, che ne parli.

Rescriptum Sacrae Congregationis: Audiatur Procurator Generalis.

AGOR, Bb 89, pp. 67-68.

12

Romae, 5 Martii 1751

$. Informatio exhibita S. Congregationi Epis. et Reg. juxta preces eidem a Sanctissimo remissas Patris Gabrielis Santos, pag. 67 $ 2.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini:

Oratoris preces mendaciis scatent; nec mirum, cum a solemni perjurio religiosa ejus vita exordium sumpserit, namque in acta emittendi professionem jurejurando alterius Instituti habitum se nunquam suscepisse affirmavit, idque ne repulsam pateretur. Deinde Salmanticae Superiores suos effraena fronte insultavit, eisque debitam denegavit obedientiam. Hisque minime contentus eosdem apud Apostolicum Nuncium et Indiarum Consilium falsis criminibus accusavit. Cumque nihil profecerit, quater Apostasiae se obnoxium reddidit: Prima caeteris insignior fuit; namque Matriti habitu saeculari indutus cuidam mulieri, non sine gravi multorum scandalo inserviebat. Sicut(?) itaque cum sit mentiri, nulla ei debetur fides dicenti unius diei terminum fuisse ejus ab Urbe discesseri constitutum: Per mensem et amplius repetitis suasionibus litterisque commendatitiis exhibitis de mandato Patris Generalis eum hortatus sum in Hispaniam redire, sed frustra; dicebat enim se in Hispaniam non esse rediturum, nisi absolutum ab onere petendi Insulas Philippinas; a quo cum non possit absolvi, tum quia ab Hispanicarum Provinciarum Superioribus ob ejus teterrimam famam respuitur, tum quia jus Regis urget ut ad praefatas mittatur Insulas. Idem erat ac dicere numquam se Roma esse discessurum. Haec (nec debitum, nec necessitatem consulendi quempiam habens) ut Hispaniarum litterae ad Patrem Generalem, et ad ipsummet Oratorem deferunt, describere debebam ad exequenda suprema EE. VV. mandata &.

AGOR, Bb 89, pp. 70-71.

13

Romae, 8 Maii 1751

$ 4. Rescriptum S. Congregationis Episcoporum et Regularium ad preces eidem exhibitas nomine Patris Gabrielis Santos, pag. 67 $ 2 = Orator pareat Superioribus suis.

AGOR, Bb 89, p. 73.

14

Romae, 24 Julii 1751

$ 3. Declaratio Clausurae in Domibus Religiosorum Insulas Philippinas incolentium petitur a Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium.

Frater Emanuel Saens a Sancto Nicolao, Provinciae Insularum Philippinarum Alumnus et Procurator in hac Curia praesens, reverenter exponit,

qualiter illius Provinciae statutis cautum est, ne ullus religiosus qualescumque mulieres in conventus vel domos illarum partium introducere audeat, sub poenis contentis in Constitutionibus Ordinis p. 2[a], cap. 13, n. II; eo vel maxime, quia a Patribus Generalibus Ordinis declaratum est, quod praedictae Domus ut conventus habeantur, et haberi debeant in ordine ad clausuram et observantiam cum paucitate familiae compossibilem. Sed quia hoc non obstante non desunt qui praetextu consuetudinis vel etiam quia praedictae Domus non veniant nomine conventus, praedictas leges ad regularium habitationes illarum partium minime extendi contendant; ideo, ut tam perniciosa doctrina, statuique et disciplinae regulari valde periculosa, penitus evellatur, humillime exorat praedictus Orator Emas. Vestras, ut praedictas Provinciae determinationes, quocumque nomine dignentur, easque regularium habitationes, quocumque nomine appellentur, sub perfecta ac rigorosa clausura comprehendi declarare. Et pro gratia &.

Informatio [Procuratoris Generalis Ordinis]. Quocumque nomine vocentur virorum religiosorum habitationes conventus reputari debent, qui non a saxis et parietibus sed a plurium simul inhabitantium collectione sortitus est nomen; proinde clausurae legibus praefatas habitationes teneri certissimum est; unde censeo Oratoris precibus esse indulgendum, nisi &.

$ 4. Comedentibus apud saeculares in ubre Manilensi poenam privationis officii ad trienium infligi petitur.

Frater Emmanuel (ut supra) [Saenz a Santo Nicolao] exponit quod licet per sui Ordinis leges rigorose cautum sit, ne aliquis religiosus absque expressa sui Superioris licentia, in domibus saecularium comedere praesumat, nimis tamen facilis ac frequens hujus legis in urbe Manilensi transgressio abususque inde enascentes exigunt, ut majori firmitate roboretur. Hinc est, quod praedictus Orator humillime exorat Emas. Vestras, ut earum authoritate interposita, poenaque privationis officii per triennium indicta, vetare dignentur omnibus et singulis religiosis in illa Provincia existentibus, ne absque Provincialis vel Prioris praevia et expressa licentia, ad domos saecularium divertere comedendi causa praesumant.

Informatio [Procurator Generalis Ordinis]: Oratoris petitio eo tendit ut regularis disciplina in conventu Manilensi, qui est Insularum Philippinarum Provinciae parecipuus, in suo robore perseveret; censeo proinde inhiberi posse viris religiosis in praefato conventu degentibus, in saecularium domibus prandere vel coenare absque expressa Superioris licentia, sub poenis bene visis EE. VV., quibus &.

$ 5. Cappam et pileum gestandi in urbe Matritensi facultas petitur a S. Congregatione Epis. et Regularium pro Procuratoribus Provinciae Insularum Philippinarum.

Frater Emanuel (ut supra) [Saenz a Sancto Nicolao] exponit, qualiter in Provincialibus Comitiis Provinciae Castellae anno 1727 celebratis statutum fuit, ne ullus religiosus, vel illius Provinciae, vel extraneus (excepto Procuratore Provinciae) e Domo exeat sine manicis longis cum clamyde vel pallio et galero, quod die 3 Septembris 1722 [1732?] fuit ab ista Sacra Congregatione confirmatum, ac subinde a fel. recor. Ben. XIII, salvo tamen semper authoritate istius Sac. Congregationis confirmatum; exceptionem autem Procuratoris Provinciae Castellae ideo appositam fuisse clarissime patet, ut nimirum Provinciae suae negotia commodius et expeditus peragere posset. Tali autem commoditate et sollicitudine indigent etiam Procuratores Provinciae Insularum Philippinarum, quos ad negotia sibi commissa pertractanda Matriti degere contingit, imo potiori jure istis est concedenda. Cum enim ex Ordinis consuetudine, incesus cum manicis longis importet etiam socium, pro cujus assignatione debent solvi ab extraneis, ultra propias substentationem conventui Matritensi quinque regales quolibet die, onerosum nimis est illi Provinciae, quae, ultra Procuratorum missionem, negotiorumque expeditionem, innumeras pene expensas omnibus notissimas sustinere cogitur propter Catholicae Fidei dilatationem, cui ex instituto est addicta. Quapropter praedictus Orator Emas. Vestras humillime exorat, quatenus decernere dignentur, ut Procuratores Provinciae Insularum Philippinarum Matriti degentes iisdem gaudeant prerrogativis ac exemptionibus, quoad egressum e Domo, quae a legibus permittuntur Procuratori Provinciae Castellae, quaeque ex consuetudine tolerantur in ejus socio.

*Informatio* [Procuratoris Generalis Ordinis]. Urgentiora negotia peraguntur a viro religioso, qui Matriti Insularum Philippinarum Procuratorem agit, qua a quocumque alio alterius Provinciae Procuratore, cum omnia pertineant ad Catholica Religionis propagationem, cui ex instituto operam impendunt religiosi viri vastissimas illas regiones incolentes; namque seligit juvenes missionibus aptiores et ad seminarium erudiendos mittit Vallisoletum ejusdem Provinciae sumptibus; quae proinde eximenda videtur a debito sustentandi socium Procuratoris, quia pecuniae, quae erogantur in socii huiusmodi sustentatione, missionibus sudducuntur; unde censeo huiusmodi Procuratori facultatem concedi posse, iisdem privilegiis uti, quibus gaudet Provinciae Castellae Procurator, cum Domo exire contingat; si ita &.

AGOR, Bb 89, pp. 118-120.

15

Romae, 4 Julii 1751

$ 7. Facultas impertiendi necnon recipiendi benedictionem papalem in articulo mortis pro religiosis Insularum Philippinarum petitur a Sanctissimo Domino.

Frater Emanuel [Sáenz] a Santo Nicolao, Provinciae Insularum Philippinarum Procurator, exponit, qualiter antedictae Provinciae religiosi, relicto patrio solo, ex Hispania ad remotissimas illas partes, maxima inter vitae discrimina, summosque labores navigarunt, ut barbaras illas nationes e gentilitatis tenebris ad lucem evangelicam evocarent; quod usque modo, Deo dante, ita feliciter cessit, ut ab anno 1564 huc usque, Deo et Sanctitati Vestrae non sine magno labore subjecit centum circiter numerosos populos et quotidie laborent pro aliis subjiciendis et convertendis, novos ex Hispania conducentes operarios, sub quorum cura orthodoxe et pacifice vivunt trecenta et amplius millia christianorum. Ut autem praedicti religiosi ad vineam Domini alacrius excolendam in dies excitentur, illorumque populorum spiritualis profectus adaugeatur, humillime exorat praedictus Orator Sanctitati Vestrae, ut paternos oculos ad vineam illam non profecto aspernendam, ejusque operariorum labores non dedignentur convertere, peculiare aliquos pontificiae liberalitatis signum avidissime in illis Insulis expetitum, benigniter impertiendo.

Id autem se obtenturum spectat Orator, si Beatitudo Vestra dignetur concedere (quemadmodum ut concedat enixissime supplicat) ut religiosi augustiniani illius Provinciae papalem benedictionem impertiantur Indis eorum curae commissis, dum in articulo mortis sunt constituti, ac vicissim praedicti religiosi possint eamdem benedictionem recipere a quocumque sacerdote sibi in extremis horis assistente. Quam postremam gratiam extendi supplicat Orator etiam ad illos, qui licet ad Insulas Philippinas non appulerint e portu Gaditano, illuc porrecturi solverunt. Et pro gratia &.

Ex Audientia Ssmi. Die 2 Augusti 1751.

Sanctissimus, attentis expositis, benigne concessit intus enunciatis religiosis in Provinciis, de quibus in precibus, facultatem impertiendi benedictionem cum indulgentia plenaria christifidelibus, quibus in eorum mortis articulo assistentiam praestabunt, de licentia Ordinariorum respective locorum, et servata quoad modum forma Constitutionis Sanctitatis Suae sub datum 5ª Aprilis anno 1747 ad huiusmodi effectum emanatae. Ita pariter praedictam facultatem vicissim concessit, ut petitur, quoad ipsos religiosos ex hac vita migrantes, eademque forma servata.- Joseph Livizzani, Secretarius.

$ 8. Commutatio recitationis Divini Offici pro religiosis Insularum Philippinarum petitur a Sanctissimo Domino:

Frater Emanuel (ut supra) [Saenz a Santo Nicolao] exponit, maximos esse religiosorum sui Ordinis in illis partibus degentium labores in vinea Domini excolenda, messis enim multa, operarii autem pauci; ita ut debuerint illarum Ecclesiarum pastores praecepti Paschalis tempus prolongare a Circumcisione Domini usque ad Pentecosten. Cum autem eo tempore majoribus praedicti religiosi obnoxii sint incommodis. Hic, ut liberius et alacrius suo muneri valeant incumbere, humillime exorat praedictus Orator Sanctitatem Vestram, ut pro sua benignitate concedere dignetur, ut singuli religiosi illius Provinciae, qui intra praedictum tempus per spatium quatuor vel quinque horarum in audiendis confessionibus Indorum, administratione sacramentorum, vel alio ministerii sui opere fuerint occupati, eo die praecepto Divini Officii recitandi satisfaciant per recitationem psalmorum poenitentialium. Et pro gratia &.

Ex Audientia Sanctissimi Die 2[a] Augusti 1751.

Sanctissimus, attentis expositis, benigne indulsit, ut petitur, singulis illis religiosis intus enunciatis, qui de tempore, ac in ministerio, prout in precibus, ad animarum profectum, spatio saltem quinque horarum in die, occupati fuerint.- Joseph Livizzani, Secretarius. In regesto &.

AGOR, Bb 89, pp. 128-130.

16

Romae, 16 Julii 1751

$ 10. Rescriptum S. Congregationis Epis. et Regularium juxta preces eidem exhibitas nomine Patris Procuratoris Insularum Philippinarum, pag. 119, $ 5.

Sacra Congregatio (attenta...) benigne commisit Patri Commissario Generali cum Assistentibus Ordinis, ut, veris existentibus narratis, Oratoris precibus pro eorum arbitrio et conscientia indulgeat juxta petita. Roma, 16 Julii 1751.

$ 11. Decretum S. Congregationis Epis. et Regularium juxta alias preces eidem exhibitas nomine Patris Procuaratoris Insularum Philippinarum, pag. 118, $ 3.

Sacra Congregatio (attenta...) benigne indulsit pro approbatione et confirmatione juxta petita. Romae, 16 Julii 1751.

AGOR, Bb 89, p. 128.

17

Romae, 7 Augusti 1751

$ 3. Pater Gabriel Santos, de quo pluries in hoc Regesto, exhibuit his diebus supplicem Libellum Illmo. ac Rmo. Secretario Congregationis Epis. et Regularium, in quo suas preces renovabat pro transitu ad aliam Provinciam vel Ordinem, vel ad statum clericalem, cumque exposuisset Patrem Procuratorem Insularum Philippinarum in Curia praesentem bene esse informatum de omnibus rebus suis, non vero Patrem V. Procuratorem Generalem, obtinuit Rescriptum: Rescribatur (?) et Orator exhibeat aliquam attestationem Procuratoris Insularum Philippinarum.

$ 4. Decretum S. Congregationis Epis. et Regularium juxta preces Patris Procuratoris Insularum Philippinarum, pag. 118, $ 4: Sacra Congregatio (attenta...) benigne commisit Patri Commissario Generali, ut veris existentibus narratis, Oratoris precibus pro sui arbitrio et conscientia indulgeat pro petita prohibitone.- Romae, 16 Julii 1751.

AGOR, Bb 89, p. 135.

18

Romae, 11 Augusti 1751

$ 3. Breve Ssmi. Domini Nostri confirmatorium S. Congregationis Epis. et Regularium super clausura habitationum Regularium Ordinis nostri degentium in Insulis Philippinis, ut pag. 118, $ 3.

Benedictus Pp. XIV. Ad futuram rei memoriam:

Nuper pro parte dilecti filii Emmanuelis [Sáenz] a Sancto Nicolao, fratris expresse professi, in S. Theologia Lectoris, et Procuratoris in alma Urbe, nostrae Provinciae Insularum Philippinarum, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae exposito, quod per dictae Provinciae Instituta cautum, praescriptumque reperitur, ne ullus Provinciae huiusmodi Alumnus quascumque mulieres in conventus vel domos illarum partium introducere audeat, sub poenis in Constitutionibus ejusdem Ordinis p. II, cap. 13, num. 11 contentis et expressis, eo vel maxime quia a tunc existentibus ejusdem Ordinis Prioribus Generalibus declaratum fuerat, quod praedictae domus ut conventus habeantur, et haberi debeant in ordine ad clausuram et observantiam cum paucitate familiae compossibilem; at quia praemissis non obstantibus, non desunt qui praetextu consuetudinis, vel etiam quia praefatae domus non veniant nomine conventus, praefatas

leges ad regularium habitationes illarum partium minime extendi contendunt; ac in eadem expositione subiuncto, ut tam perniciosa doctrina statuique ac disciplinae regulari valde periculosa penitus evellatur praefata Provincia huiusmodi statutum confirmari easque regularium habitationes quocumque nomine nuncupatas, nempe domos vel conventus sub praefata ac rigorosa clausura comprehendi, et declarari plurium desiderabat, emanavit ad dicti Emmanuelis Procuratoris huiusmodi supplicationem a praefata Cardinalium Congregatione Decretum tenoris sequentis, videlicet = Sacra Congregatio Emorum. S. R. E. Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, attenta relatione Patris Vice-Procuratoris Generalis benigne indulsit pro approbatione et confirmatione juxta petita. Romae, 16 Julii 1751.- C. A. Card. Cavalchini.- Joseph Maria Archiepiscopus Damascenus, Secretarius.- Cum autem pro parte ejusdem Emmanuel Procuratoris, sicut nobis subinde expositum fuit, ipse decretum huiusmodi, quo firmius subsistat et servetur exactius, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desideret, Nos specialem ipsi Emmanueli Procuratori gratiam facere volentes, et a quibusvis excomunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati praeinsertum praefatae Congregationis Cardinalium Decretum Auctoritate Apostolica, tenore praesentium approbamus et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium. Decernentes ipsas praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque integros et plenarios effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicare vel definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque quavis Authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordenationibus Apostolicis ac Provinciae et Ordinis huiusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia[s] roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenore presentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annullo Piscatoris Die 11 Augusti 1751, Pontificatus nostri anno undecimo.- D. Cardinalis Passioneus.

AGOR, Bb 89, pp. 149-151.

19

Romae, 10 Septembris 1751

$ 14. Rescriptum ejusdem Congregationis [Epis. et Regularium] ad preces Patris Gabrielis Santos, pag. 135, $ 3: Pro facultate transeundi ad aliam Provinciam seu Religionem, cum solitis exceptionibus et clausulis, ad annum. Et interim Orator vivat sub obedientia suorum Superiorum, a quibus charitative tractetur.- 27 Augusti.

AGOR, Bb 89, p. 147.

20

Romae, 15 Septembris 1751

$ 12. Pater Gabriel Santos, de quo pluries in hoc Regesto, post obtentum Decretum, quod extat pag. 147, $ 14, alium exhibuit S. Congregationi Epis. et Regularium suplicem Libellum, in quo exponit quod si non detur illi exemptio a jurisdictione suorum Superiorum, nimirum Commissariis Insularum Philippinarum, detrudetur ab ipso in Vallisoletanum Seminarium, ubi claudetur illi omnis via ad inveniendum benevolum receptorem, et sic frustanea reddetur concessa gratia. Unde obtinuit Rescriptum sub die 10 Septembris = Expediatur praecedens Decretum cum iisdem clausulis, adjecta exceptione Superioris Provinciae, seu Commissarii Philippinarum in Hispania degentis.

AGOR, Bb 89, p. 155.

21

Romae, 26 Martii 1785

Ab eadem Sacra Congregatione similem, ut supra, facultatem obtinuit pro Frate Luca Zubiaurre, converso transeundi, etc., Pater Jacobus Tobar, Insularum Philippinarum Commissarius, etiam arbitrio et conscientiae Patris Vicarii Generalis.

[Documento que se cita, de la misma fecha]: "Patres conventus Huensis Provinciae Leodicensis a Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium facultatem obtinuere favore Fratris Lamberti Dams, laici professi, ut iste,

scilicet, de statu laicali ad sacerdotalem transire possit et valeat, arbitrio conscientiae Patris Vicarii Generalis *dummodo* enunciatus religiosus sufficienti doctrina requisita ad Ordines sacros suscripiendos, et a Superioribus praevio riguroso examine probando, praeditus sit, ita tamen, ut novum probationis annum, uti clericus repetat et cum effectu compleat, novamque professionem suo tempore emittat, ineligibilis remaneat ad praefati Ordinis Praelaturas absque praecedenti S. Sedis Apostolicae dispensatione, et tempus professionis factae in statu laicalis ei minime suffragetur pro praecedentia, sed a die promotionis ad statum clericalem desumendo".

AGOR, Bb 95, p. 38.

22

Romae, 27 Aprilis 1785

Rmus. P. Vicarius Generalis impetravit a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa VI, fel. rec., indultum reductionis missarum pro conventibus Provinciae Insularum Philippinarum ad tramites indulti sac. mem. Benedicti XIV an. 1757 (Vide in Archivio nostro; vide etiam in Archivio Ordinis, seu Regesto Rmi. P. Vicarii Generalis Magistri Georgii).

AGOR, Bb 95, p. 87.

23

Romae, 14 Decembris 1785

Pater Vicarius Generalis Magister Georgius a Ssmo. per organum Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium indultum impetravit Apostolicum creandi Magistrum supernumerarium Patre Praesentatum Gabrielem Homar, Provinciae Aragoniae, Partialitatis Cathalauniae. (Vide in Regesto ejusdem Vicarii Generalis).

AGOR, Bb 95, p. 102.

24

Regestum Secundum Rmi. Patris Magistri Philippi Angelucci Mathelicensis. A die 31 Maii 1841 ad diem 20 Maii 1847.

Romae, 16 Junii 1841

A S. Congregatione Episcoporum et Regularium sequens accepimus Decretum: Ssmus. Dominus Noster Gregorius Papa XVI, attentis peculiari-

bus circumstantiis Peninsulae Hispaniae, P. Franciscum Molas, Commissarium Apostolicum Fratrum Ordinis Eremitarum Calceatorum S. Augustini, qui ad conventus ejusdem Peninsulae pertinent, ad nutum et beneplacitum S. Sedis elegit, atque constituit, eique tribuit facultates omnes, quibus Superiores Generales fruebantur. Facta insuper eidem potestate P. Provinciales et Definitores Provinciales citra celebrationem Capitulorum deputandi. Constitutionibus Ordinis, aliisque contrariis quibuscumque non obstantibus.- Datum Romae ex S. Congregatione [*tachado*: de] die 30 Aprilis 1841.- Z. Archiepiscopus.- Asquini, Secr.

Originale praedicti Decreti debita excipientes obedientia dedimus Adm. Rev°. Patri Francisco Molas, Commissario electo et nostro Assitenti Generali.

AGOR, Dd 255, f. 5v.

25

Romae, 18 Octobris 1842

De mandato Sac. Congregationis negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae, cujus primo loco describimus Epistolium, Circulares nostras infra descriptas misimus hac ipsa die Provincialibus et Vicariis Congregationum Ordinis nostri.

Rmo. Padre: Interessa sommamente a questa Sacr. Congregazione de' Vescovi e Regolari, cui appartiene il regime generale degli Ordini religiosi, di avere una esatta descrizione dello stato di ciascun Ordine rapporto alle Provincie ed alle case e conventi che lo compongono, colla indicazione delle rispettive rendite e del numero de' religiosi sacerdoti e laici che ne formano parte, non che delle case di noviziato, di professorio, di studentato, di missione e di ritiro, coi collegii di studio per i secolari. Quindi la stessa S. Congregazione commette alla P. V. di ordinare per la sua Religione la compilazione, sia per le Provincie e case esistenti nell'Italia, sia per le altre poste oltremonti ed oltremari, e di trasmetterla con la maggior possibile sollecitudine. Accioché poi se proceda con uniformità, si uniscono alla presente due Quadri, che dovranno servire di base alla accennata descrizione.

Spera la S. Congregazione che V. P. non ometterà diligenza alcuna, perchè tale operazione riesca con la maggiore esatezza, e l'autorizza ad usare del nome della stessa Congregazione nel richiedere le opportune notizie dei suoi subalterni.

Siccome poi lo stato medesimo è soggetto a variazioni specialmente rapporto al numero dei religiosi, così ordinerà a tutti i Provinciali o altri Superiori delle Provincie che in ogni triennio trasmettano alla P. V. una relazione

dei cambiamenti avvenuti, e l'elenco dei religiosi tanto sacerdoti come laici, non che de' novizi e studenti, sprimendo il numero dei morti nel triennio antecedente. V. P. ne farà quindi compilare un Quadro sulle norme degli annesi fogli da comunicarsi alla S. Congregazione.

Tanto le doveva significare, e Dio la guardi. Roma dì 25 Settembre 1842. Al piacere della P. V. Rma.- P. Card. Ostini Pref.- T. Arcivescovo di Tarso, Segretario.

Sequuntur nunc Circulares nostrae, quarum pauca in latinum versa pro Provinciis extra Italiam, plura vero exemplaria italico sermone fuerunt ita conscripta:

Molto Reverendo Padre Provinciale, salute.

Per ubbidire agli ordini ricevuti dalla S. C. de' VV. e RR. indiriciamo alla P. V. Molto Reverenda questa nostra lettera di officio, incaricandola di trasmetterci in Roma al più presto possibile le seguenti notizie:

1° La denominazione e la ubicazione di tutti i conventi (compresi i Generalizi) di cotesta Provincia.

2° Quali siano quei di noviziato.

3° Quali di professorio e studentato.

4° Se ve ne siano di perfetta vita comune e quali.

5° Qual sia la rendita di ciascun convento.

6° Il numero in essi de' Padri di casa.

7° De' sacerdoti studenti.

8° De' chierici professi.

9° De' chierici novizii.

10° De' laici.

11° Di tutta la religiosa famiglia.

Si aggiungerà poi la cifra totale: 1° Conventi; 2° de' Padri di casa; 3° de' studenti; 4° de' chierici professi; 5° de' chierici novizii; 6° de' laici; 7° ed ultimo di tutti gl'individui religiosi della entera Provincia, inclusi quelli de' conventi generalizii.

E sicome è volere della lodata S. Congregazione che in ogni triennio Le si presenti un simile elenco con quelle variazioni e modificazioni che potessero aver luogo e colla indicazione de' morti, quindi è che V. P. trascriverà a norma dei Successori suoi nel Libro della Provincia il Prospetto o Quadro di sopra tracciatole, affinchè i medesimi adempiano presso i Generali *pro tempore* il ricevuto incarico.

Non ci resta che pregare il Signore che felicemente la conservi. Di V. P. Molto Reverenda. Matelica 28 Settembre 1842.- Fr. Filippo Angelucci, Vicario Generale.

AGOR, Dd 252, f. 37.

26

Regestum Testium Rm. P. Magistri Fr. Philippi Angelucci Mathelicens... gesta continens anni a die 24 Maii 1847 usque ad diem 14 Octobris 1850.

Romae, 21 Septembris 1847

Sequens dedimus responsum Rmo. exuli ex Hispania P. Magistro Ex-Generali Michaëli Huerta, nunc moranti in Gallia:

Rme. Pater: Nihil iucundius mihi poterat obvenire, quam tua epistola sub die 14 mensis huius conscripta, quaeque me omnia replevit gaudio, cuique sollicite rescribendum esse decrevi, ut animi mei sensus meaeque gratulationis ad te quam citius pervenirent. In ea enim faustam tuae salutis domiciliique tui tam deprehendi notionem, quam numquam habere potui, quamvis pluries praesertim a P. Assitente Molas, peramanter sim sciscitatus. Sit propterea laus, honor, gloria et benedictio Deo optimo maximo, qui me exaudire dignatus est.

Patrem Lectorem Emmanuelem Diaz ad Lectoris Jubilati gradum nostrae Provinciae Insularum Philippinarum libenter promoverem, sed meum non est, quum auctoritati, qua in Ordine nostro fungor, illae Insulae minime subiiciuntur. Hac de causa ad S. Sedem oportet deferre eflagitationem.

Quod spondeo mense Novembris certe facturum, si id tibi gratum fore significaveris. Interim Deum adprecor, ut te felicem incolumemque diu servet ac protegat. Valet plurimum.

AGOR, Dd 256, ff. 31v-32.

27

Romae, 30 Januarii 1849

Informationem sequentem dedimus Sacrae Congregationi Episcoporum et Regularium.

Beatissime Pater: Privilegium a Summo Pontifice Pio VII, fel. record., Constitutione anno 1804 die 15 Maii edita Hispaniarum religiosis cujuscumque Ordinis concessum, alternatim cum italis habendi Vicarium Generalem, ex eo quod ibidem coenobitae longes plures quam alibi numerentur, Gregorius Martinez modo postulat pro unica Provincia in Insulis Philippinis extra Hispaniarum Peninsulam posita. Ipsius preces proinde Supremi Pontificis menti mihi omnino videntur opponi, dignitati Eremitici mei Ordinis obesse quam maxime, et nocumemtum potius quam emolumentum Provinciae allaturum, cujus favore gratiam exposcit. Etenim onus longe gravius ipsi dumta-

xat superim poni oporteret, suppeditandi scilicet media novi Superioris decentiae eiusque Assitentium necessaria, quae tanto magis augerentur si Orator, ut excogitare videtur, non in Insulis Philippinis, sed Matriti una cum sociis commorari in deliciis haberet. Cui autem bono tanta detrimenta, nisi ut in quadriennio comitiis Provincialibus semel praesse possit? Vel Acta, quae ibidem rediguntur, et iterum dispositiones Congregationis Intermediae nuncupatae pariter confirmare valeat? Pro istis tamen peragendis, uti ante laudati Pontificis Constitutionem omnes Hispaniae Provinciae, et nunc, et post Gregorii XVI Decretum Americae Provinciae, facile eis erit ad Superiorem Generalem pro tempore Romae degentem habere recursum. Quare si abusus quidam, vel corruptelae fortasse irrepserint, quisquis qui Dei Spiritu agatur, coram Provinciae Difinitoribus, vel in Comitiis vocem extollat suam, et, si eidem aures praebere negligeretur, ad Apostolicam usque Sedem pervenire faciat. Deo privilegium petenti minime concedi debere arbitrarer, dummodo S. V. alias expedire non videatur, ad cujus pedes provolutas eos devotissime deosculor.

AGOR, Dd 256, f. 83.

28

Regestum Rmi. P. Magistri Josephi Palermo totius Ordinis Prioris Generalis gesta continens a die 22 Octobris 1850 usque ad diem 14 Maji 1853.

Romae, 18 Decembris 1850

Votum et informationem dedimus, ut infra, S. Congregationi Episcoporum et Regularium super supplici libello Rev. P. Josephi Vidal, quo postulaverat praecedentiam supra etiam Priorem conventus S. Mariae de Populo Urbis.

Eminentissimi e Rmi. Principi:

Trattandosi di un convento generalizio, quale è quello di S. Maria del Popolo, dove sta di famiglia il P. Giuseppe Vidal, d'uopo è interpretare secondo lo spirito delle leggi dell'Ordine il decreto di cotesta S. Congregazione del 12 febbraro 1840 che egli cita in proprio favore.

Il detto decreto in termini precisi assegna *al Comissario spagnuolo il posto inmediatamente dopo il Corpo Generalizio*. E siccome tra gli agostiniani i Padri che tengono luogo inmediatamente dopo il Corpo Generalizio sono gli ex-Assistenti, conviene quindi supporre che il Sagro Consesso abbia riguardato il Commissario Apostolico di Spagna al par di costoro.

